Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 561

Quelle:
Copyright:

noſtri *Zuverläſſige Nachr. v. d. vornehmſt. Schriftſtellern.* P. II. p. 574. et P. III. p. 38.

CXC. IX. 76.

491 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 189. 4. a diverſa manu currente calamo ſcriptus complectitur ſequentia: I. Indicem Contentorum in *Origenis Homiliis* in IV. priores Libros *Moyſis*, prout ex *Rufini* interpretatione extant edit. *Maur. Opp.* T. II. *Pariſ.* 1733. p. 52. f. Initium: *In prima Omelia Origenis ſuper geneſin ponitur de inicio creaturarum. Quare arida appelletur terra* &c.

II. *fol.* 15. Tractatus e Scripturae, Patrum et Conciliorum effatis coagmentatus de Diſpenſatione prudenti et fideli Sacramentorum, cui manu coaeva inſcriptum: *Magiſtri Jacobelli*, id eſt: *Jacobi de Miſa* Theologi *Prag.* Partium Huſſiticarum. Initium: *Quia diſpenſatoribus in domo dei ſacramentorum precipitur Math. VII. Nolite ſanctum dare canibus* &c. Nihil in hoc Scripto abſonum, cujus nemo eorum, qui de *Jacobello* egere, quod ſciam, meminit.

III. *fol.* 39. *Excerpta de tractatu fidei contra diuerſos errores ſuper titulum de Summa trinitate et fide catholica in decretalibus contra illos qui non recipiunt purgatorium.* Triplex hic error impugnatur: *quod nullum peccatum eſt ueniale, quod quando dimittitur culpa, dimittitur pena*, et *quod ſuffragia eccleſie non proſunt mortuis.* Contra *Wicleffianos* in *Bohemia* Scriptum dirigi puto.

IV. *fol.* 51. Sententia catholica de Adoratione Crucis Chriſti, quae in *fol.* Codici praetexto dicitur *Magiſtri Stanislai de Znoyma.* Praemittuntur varia de triplici Cultu Latriae, Hyperduliae et Duliae, quid ſit Adorare, Colere, quibus conveniens, de SS. Reliquiis, de piis Peregrinationibus, tandem triplici reſponſo Crucis Adoratio et Veneratio adferitur. Initium: *Secundum ſanctos doctores communiter loquentes videamus fraterne, quid ſit venerandum* &c. Ad calcem: *Et ſic eſt finis trium reſponſionum ad queſtionem qua queritur, Quomodo et qua adoracione Crux in qua Dominus noſter pependit pro ſalute humani generis ſit ueneranda. A. d. M° CCCC° XVIII. feria II. ante viti Martiris.* Quod de anno ſcriptionis intelligas, velim; Autor enim *Stanislaus*, ſi *Lupacio* in *Ephem.* ad d. 11. *Octobr.* fides, jam anno 1414. e Concilio *Conſt.* revertens mortem obpetiit. Porro de hoc ejus Opuſculo nullam mentionem fieri video.

V. *fol.* 75. Collectanea varia, maximam partem e PP. Scriptis de diverſis materiis, puta Sacerdotio, S. Caena, Eleemoſyna &c. aliqua tamen Chronologica, et Moralia verſibus et Rhythmis incluſa. Ita initio Chronologia ſacra Evangeliſtarum, Patrum et Ordinum Religioſorum, ubi inter alia: *Anno domini 608. concedit impe-*